

M. N. II, 14.  
h. 28, 3.

X 1880759



I. N. F.  
TRACTATIO  
DE  
JURE INTRADÆ,

vulgò  
Eintritt/  
O. & S.

AHASVERI FRITSCHI,  
J. U. D. Com. Pal. Cæs. Consil. aul. &  
Consist. Schwartzb.

---

JENÆ.  
Sumptibus JOHANNIS Ziefden / Bibliop.  
1672.

67 7







*Ad Lectorem.*

**Q**Uæ sparsim de *jure intrada* au-  
 ctores juris publici tradidére, ea  
 horis subsecivis à nobis collecta hîc  
 Tibi, Lector benivole exhibentur.  
 Adjecimus quædam ex actis publi-  
 cis, quæ, cùm ad illustrationem hujus  
 materiæ faciant, Tibi non ingrata fo-  
 re, confido. Vale in Domino nostro.  
*Rudelst. è Museo. Mense Martio anno*  
**CLC LXXI**

**SERIES**

*F. M. I.*





## SERIES CAPITUM.

CAPUT I.

De Nomine, ac definitione.

CAP. II.

Quatenus Jus superioritatis superioritati  
adnexum?

CAP. III.

Cui jus intradæ competat?

CAP. IV.

De introitu ipso, & quidem de his, quæ  
eum antecedunt.

CAP. V.

Introitus concomitantia.

CAP. VI.

Consequentia & effectus.

MANTISSA I. II. III.

I. N. 7.

I.



I. N. 7.  
 TRACTATIO  
 DE  
 JURE INTRADÆ.  
 CAPUT PRIMUM  
 DE NOMINE AC DE-  
 FINITIONE.

SUMMARIA.

- Intrada vox barbara est. n. 1.*
- Introitus Principis quomodo Germanis dicatur. n. 3. Et seqq.*
- Vox introitus in aliâ significatione. n. 7.*
- Jus intradæ quid? n. 8.*

I.



**V**ox *Intrada, Intrata*, ut dicitur Nicol. Boërio. *decis. 217. n. 21.* barbara est, ab Italico verbo *entrata, intrata*; vel à Gallico, *entrée*, utraque à Latino, *intrare*, deducta usuque recepta est. Latine *Introitus* dicitur, & quatenus *solemnem Principis introitum* vel adventum notat,

A

tat,



- tat, Gallis *l'entrée d'un Prince*, Germanis *der Einritt* / Thom.  
 3. Michael. *de jurisdict. Imper. thes. 53. l. d. item*, das Einreiten /  
 4. Mingius. *de superiorit. territ. cap. 5. thes. 76. Die Einfuhre* /  
 5. Joh. Jacob. Speidel. *specul. notabit. verb. Einritt*. Item, Ein-  
 züg. Additionator *Besoldi Thesaur. Pract. v. Einritt*. Comu-  
 6. nius autem dicitur *Einritt* / quod Principes frequentius  
 equo, quàm curru vehi soleant, civitatem principalem in-  
 gredientes, scilicet, ut eo melius à populo conspici possint.  
 7. Aliàs Vox *introitus* in Novell. 130. cap. 1. accipitur pro eo  
 quod milites à subditis, seu provincialibus nomine *introitus*,  
 exigebant, quod Imperator correxit, adeò ut etiam ipsum  
 vocabulum *Introituum* sublatum esse voluerit, tanquam sci-  
 licet rei iniquissimæ. Rittersh. *proconsul. ad Novell. part. XIV.*  
*c. 6. n. 8. conf. l. 4. §. 3. & 7. de viis. D. Tabor. de metat. cap.*  
*7. §. 10.*

## II.

- Jus autem intrada*, ut dicitur Magero *de Advocat. ar-*  
 3. *mat. cap. 10. n. 595. Besoldo. Thes. Pract. v. Einritt. D. Ta-*  
*bor. de metat. cap. 6. n. 10. Sinoldo. Coll. jur. publ. vol. 1. d. 4.*  
*thes. 23. lit. E. vel. Jus intrandi*, Ruland. *de Commissar. part.*  
*IV. lib. 2. c. 3. n. 28. Wehner. observ. b. verb. describi posse vi-*  
*detur, quòd sit jus superioritatis connexum, cujus vigore sub-*  
*diti Dominum territorialem cum apparatu quodam festivo, in*  
*armis constituti devotè ac processionaliter excipere, eique obla-*  
*tis portarum clavibus obviam procedere tenentur. Vid. supra*  
*laudatos auctores. Et hanc definitionem sive descriptionem*  
*sequentia declarabunt.*

CAPUT

3.

CAP. II.

QUATENUS JUS INTRA-  
DÆ SIT SUPERIORITA-  
TI ADNEXUM.

SUMMARIA.

*Jus intrada superioritati adnexum. n. 1.*

*Est tessera Superioritatis. n. 2. & 3.*

*Qualis introitus hic intelligatur? n. 4.*

*Solemnis intrada per se non arguit superioritatem. num. 5.*

*& 6.*

I.

**D**iximus, *Jus intrada* superioritati territoriali ( quæ ut ali- 1.  
bi monuimus, non incommodè analoga Majestas dici 2.  
potest ) connexum esse: Undè juris publici autores passim 2.  
*Intradam solemnem Principis*, indicinam, tesseram, symbo-  
lum, & *κρημινον* superioritas appellitant. Hieron. Schurff.  
*Cent. 1. cons. 35. n. 13.* Reincking. *de Regim. secul. & Eccles. lib. 1.*  
*class. 5. cap. 4. n. 160.* Benj. Leuber. *de Stapul. Magdeb. n. 1218.* 3.  
ubi contra Civitatem Magdeburgensem, ex actibus solen-  
nis introitus Archi-Episcoporum concludit, quòd ea juris-  
dictioni Archi-Episcopali subjecta sit.

II.

Sciendum autem est, quòd heic non de *quocunque* 4.  
Principis introitu, sed de primo ac solemnì, quem Princeps  
post novam acquisitionem territorii, sive ea electione, sive  
successione, vel alio legitimo titulo nitatur, plerumque in

A 2

Mc.

88  
4.  
Metropoli Provinciae, der Hauptstadt des Landes / instituere solet, loquamur.

5. 2. Quod sollemnis intrada *per se* non videatur esse effectus superioritatis territorialis, nec eam absolutè importet, sed cum aliis actibus, v. g. oblatione clavium, præstatione juramenti homagialis &c. juncta, illius nota ac tessera sit, propterea, quod introitus Principis sollemnis ex variis causis in aliqua civitate fieri possit, adeoque actus sit æquivocus. Undè Rutger Ruland. *de Commissar. & Commission. part. IV. lib. 2. c. 3. n. 18. Jus intrandi*, cum aliis jurebus Regalibus conjunctum in materiâ superioritatis multum probare ait, allegans Gabriel Romanum. *concl. 1. lib. 5. præsumt. n. 22. Socin. Sen. conf. 86. n. 2. lib. 1. & quæ notata in causa Maynz contra Erfurt.*

### CAPUT III. CUI JUS INTRADÆ COMPETAT.

#### SUMMARIA.

*Intrada cui competat? n. 1.*

*De Intrada Episcopali. n. 3.*

*An Imperator eam habeat? n. 4.*

*Quid ea operetur. n. 5.*

*Principum ac Statuum jurisdictio presente Imperatore non suspenditur. n. 7.*

*An Intrada jus protectoribus competat. n. 8. & 9.*

L Ex



I

EX jam dictis patescit, cui jus intradae competat? Domi- 1.  
no scilicet territoriali, Regibus puta, Electoribus, Prin-  
cipibus, tam Ecclesiasticis quam politicis, Comitibus, aliis-  
que superioritatem, die Landesfürstl. Hoheit und Obrig-  
keit / ac Regalia in territorio habentibus.

II.

Quod Episcopus Germaniae attinet, ii solemnem in- 2.  
troitum plerumque in illa civitate instituunt, in qua jus Re-  
sidentiae habent, quod nonnunquam Episcopis negari aut 3.  
controverti solet, ut Coloniae, Argentinae, aliarumque Ci-  
vitatum exemplis probatur.

III.

Quaeritur autem: An Imperator jus intradae in Princi- 4.  
pum ac Statuum Imperii Civitatibus habeat? Sanè Impera-  
torem, forte advenientem à Principibus Imperii, in civi-  
tatibus ac Residentiis suis, in recognitionem Majestatis Cæ-  
sareae, devotè ac solemniter recipi, fides, reverentia, ac ho-  
nor illi debitus omninò exigit. Vide quæ diximus in Tract.  
ad l. un. Cod. de Palat. ac domib. Domin. cap. 8. Introitus au- 5.  
tem ille sollemnis Imperatoris non hunc effectum habere vi-  
detur, ut Principis, in cujus Civitatem Imperator ingredi-  
tur, superioritatem ac jurisdictionem cessare faciat. Quam- 6.  
vis enim jus Saxonicum, lib. 3. artic. 60. dicat: In welche  
Stadt der König komt / da sind ihme alle Gerichte ge-  
öffnet/und muß der Unter-Richter zu richten inne halten.  
Undè verisimiliter ortum, quòd Imperatore fines alicujus  
civitatis adpropinquante, claves portarum ipsi offerri sole-  
ant. Ziegler. in commun. conclus. ad aur. Prax. Calvol. §. Land-  
fässü. part. 2. limit. n. 3. hodiè tamen alio jure utimur, & Prin- 7.  
pum

A 3

pum



cipum ac Statuum superioritas & jurisdictio, præsentē licet Imperatore, non suspenditur, cum ea cum Regalibus omnibus iis concessa videatur. Vid. Reincking. *de Regim. secul. & Eccles. lib. 1. class. 5. cap. 7. n. 3. & seqq.*

## IV.

8. Quæritur ulterius: An *jus intradae* der Einritt / sive *introducō sollemnis*, die Einfuhr / Advocatis ac Protectoribus initio suscepti defensionis officii, vel postea quoque, eo durante, in locis ad Clientes pertinentibus, competat? Negat cum Mart. Magero, *tract. de Advocat. armat. cap. 10. n. 592.* Joh. Jac. Speidel. *in specul. notab. verb. Einritt.* propterea, quòd tale jus superioritatem sapiat, quæ Protectori, quā tali, non competit, utut jus Advocatiæ nonnunquam ad superioritatis actus extendatur. Andr. Knichen. *de Saxon. non provoc. jure cap. 5. num. 563. & seqq.* Pacto tamen, usu atque observantiâ, ut alia jura Regalia, v.g. fortaliti, præsidii, aperturæ &c. ita etiam intradae jus, in Civitate Clientelari protectori competere potest.

¶ (o) ¶



CAP.

CAPUT IV.  
 DE INTROITU IPSO, ET  
 QUIDEM DE HIS, QUÆ EUM  
 PRÆCEDERE SO-  
 LENT.

- SUMMARIA.
- Antecedentia introitus Principalis consistunt in præstatione præstandorum juxta consuetudinem loci. n. 2.*
  - Inter ea est probatio superioritatis territorialis. n. 3.*
  - Adfertur Exemplum. n. 4.*
  - Certus dies intrada determinari solet. n. 5.*
  - Confirmatio privilegiorum nonnunquam præcedit. num. 6. & seqq.*
  - Quatenus introitus à subditis denegari possu? n. 9.*

I.  
 Videamus nunc de Intradâ ipsâ; ubi consideranda ejus  
*Antecedentia, Concomitantia, & sequentia.* Quod an-  
 tecedentia Introitus Principalis attinet, consistunt ea præ-  
 cipuè in præstatione præstandorum, sive eorum, quæ  
 usus ac observantia à Principe solemnem introitum à Civi-  
 tate petente exigit. Inter ea autem est 1. *Probatio superiori-*  
*tatis territorialis*, si quidem de eâ subditis non constet. Ex-  
 2. *empli gratiâ*, si Princeps Imperii, qui Episcopus noviter  
 electus Metropolin suam solemniter ingredi velit, prius  
 constare debet de investiturâ Regalium, ab Imperatore im-  
 petratâ, production Instrumenti investituræ, quod usque  
 receptum



8.  
receptum dicitur inter Episcopum & Civitatem Spirensē,  
de quo tamen superioribus annis acriter disceptatum fuit.  
Cū enim Episcopus solemnem introitum à Civitate pete-  
ret, instrumentum autem investituræ Imperialis non pro-  
duceretur, Civitas eum denegavit, antiquum morem ac  
observantiam urgens, quemadmodum ex iis, quæ in gra-  
tiam Lectoris ad finem hujus Tractationis subjecimus, ap-  
parere potest.

II.

5. 2. Determinatio certi diei seu temporis introitus.  
Cū enim primus adventus seu introitus Principis cum so-  
lemni pompâ fieri soleat, necesse est, ut præparatoria à Ma-  
gistratibus ac subditis civitatis tempestivè fiant, ut parati  
Dominum solemniter excipere possint.
6. 3. Confirmatio jurium ac privilegiorum subditis com-  
petentium, siquidem pacta cum subditis inita, aut consue-  
7. tudo regionis eam ante ingressum Principis exigant. Hæc  
enim atque alia similia ex observantiâ, aut ex pactis conven-  
tis determinanda. Matth. Stephan. *lib. 2. de jurisd. p. 1. cap. 2.*  
8. *n. 258. D. Myler. de Princ. ac Stat. Imper. p. 2. c. 38. n. 13.* Con-  
firmatio enim privilegiorum interdum introitum sole-  
mnem Principis ac homagii præstationem præcedit, inter-  
dum sequitur. Conf. Klock. *vol. 1. concl. 19. Ritter de homag.*  
9. *cap. 6. n. 12.* Hæc atque alia à Domino ante ejus intradam  
juxta pacta, usum & observantiam præstanda, si non præ-  
stentur, introitus ei à subditis non injustè denegatur, &  
si Status Imperii sit, querela ad Imperatorem  
deferri potest.

CAP.

91.

9.

# CAPUT V. INTRADÆ CONCOMI- TANTIA.

## SUMMARIÆ.

*Princeps cum apparatu excipitur, qui variat. n. 1. & 2.*

*De solemnitatibus Archi-Episcoporum Magdeburgensium remissive. n. 4.*

*Principes sub campanarum sonitu, ac tormentorum tonitru ingrediuntur. n. 5.*

*Oblatio clavium in introitu Principis consuetæ. n. 6.*

*Ille actus est equivocus. n. 9.*

*Fit vel respectu superioritatis, vel suprema protectionis vel urbanitatis ac reverentia gratiâ n. 10. & seqq.*

*Imperatori Civitatem Imperialem ingredienti facta oblatio clavium quid operetur? n. 11.*

*Xenia offeruntur Principi. n. 13.*

*Subditi non debent manu vacuâ se Principi presentare. num. 12.*

### I.

**C**irca actum ipsum introitus consideramus I. *Apparatum* **R**  
*festivum ac pompam*, quâ Principes, sæpè aliquot milli-  
bus nobilium, militum &c. stipati ingredi, ac à Magistrati-  
bus ac subditis excipi solent.

Apparatus autem pro varietate locorum ac temporum **2.**  
variat. **3.** *Majore pompâ Reges, victores, & potentes Princi-  
pes ingredi solent, quàm fortè Episcopi, Comites &c. quâ  
de re cum primis consulendæ Relationes Historicæ, quæ ex-  
stant*

**B** **stant**

4. stant. De solemnitatibus introitus Archi-Episcoporum Magdeburgensium, vid. Pomarius Chron. Magdeburg.
5. Plerumque autem Principes vel ejus Missi sub campanarum sonitu, tormentorum æneorum tonitru, ac tubarum clangore, ingrediuntur; Cives in armis constituti beneque vestiti, adventanti Principi ejusque comitatu solemniter procedunt, eum portis apertis processionaliter in civitatem conducentes; primores civitatis ac Magistratus devotè ac humiliter eum excipiunt, solemnique quadam oratione de felici adventu ei congratulantes. Vid. *infr. Mantiss. i. & ii.*

## II.

6. n. Oblationem clavium portarum Urbis. Hæc clavium
7. oblatio moribus recepta & hodie usitatissima est. Boër. *de custod. clausur. n. 50.* ubi ait: in primo castrorum & civitatum ingressu claves & insignia cum adclamazione *Vivat, Vivat*, in superioritatis recognitionem domino tradi. Bursat. *consil. 26. n. 10. lib. 3.* Honded. *consil. 100. n. 7. 49. & seq. vol. 2.* Thom. Michael. *de jurisdict. conclus. 53. lit. D.* ubi ait: quòd jus intrada clavium oblationem hodiè adnexam habeat. Quomodo Rex Gallia iis, qui claves offerunt, respondeat, vid. *Mercure Francois. tom. 15.*
9. Coeterum oblatio clavium actus videtur esse æquivocus, fit enim ea 1. respectu superioritatis territorialis. Besold. *thes. pract. lit. S. n. 39.* ubi ait: quòd die Schlüssel entgegen tragen / sit signum subjectionis, v. g. quando Magistratus civitatis Principi suo ingredienti claves portarum offert; vel is, qui à Principe militibus in eam adpositis Præfectus est,
10. dem Commendanten. 2. respectu *suprema & universalis protectionis*: cujus intuitu Imperatori adventanti vel noviter electo

electo

electo à civitatibus Imperialibus claves offerri solent. Sprenger. *Jurispr. publ. pag. 173.* Knipschild. *de Civit. Imperial. lib. 2. cap. 1. n. 68.* Herm. Hermes *in Fascic. jur. publ. cap. 11. II. §. 36.* ubi rejectâ illorum opinione, qui oblationem clavium superioritatem territorialem à parte Imperatoris arguere volunt, inter quos Andr. Knichen. *de jur. territ. cap. 1. n. 116.* Besold. *Thes. pract. V. Reichs-Städte.* Speidel. *specul. Notabil. eod. verb.* probat eam ex reverentiâ, & in recognitionem superioritatis Cæsareæ, universalisq̄ue protectionis, nec non in signum illius, quam permittunt eorum privilegia, & jura, tanquam Statuum Imperii subjectionis, quæ tamen earum libertatem ac jura minimè tollat, præsertim, cum Imperator nudâ tantum clavium oblatione ut plurimum contentus sit, & civitatibus eas, vel in manibus relinquat, vel statim restituat. Add. Reincking. *de Regim. secul. & Eccles. lib. 1. class. 5. c. 7. n. 11.* Dissert. nostr. *de jure apertura. cap. 3. n. 13. & seqq.*

3. Oblatio clavium fit tantum urbanitatis & comis reverentiæ gratiâ, quæ tamen non raro progressu temporis in usum & observantiam transit. Knipschild. *d. lib. 2. c. 1. n. 67.* Sic olim monasteria libera Advocatis seu Protectoribus suis claves tradidêre tandem, quoad ibidem commorati fuêre. Mart. Mager. *de Advoc. armat. c. 10. n. 279.*

## III.

III. Xeniorum oblationem. Ut enim olim novo Imperatori offerre batur aurum coronarium à civitatibus, nec non Proconsuli Provinciæ Metropolitim ingredienti honorarium provinciale gratâ populi liberalitate. *l. solet. ff. de offic. Procons.* Choppin. *de dom. tit. 3. in fin. lib. 1.* Sic hodiè quoque subditi Xenis ejusmodi suos Principes excipere solent,

14. Neque enim subditi sese primâ vice domino suo manu vacuâ præsentare debent. *Exod. 23. Deut. 26. Franc. de March. decis. 1023. n. 2. p. 1. Chaffan. in consuetud. Burgund. rubr. 1. §. 4.*
15. num. 8. Idque etiam civitates Imperii, si Imperator ingrediatur, faciunt. *Knichen. comment. de Saxon. non prov. jur. cap. 2. n. 16. & seqq. & Encyclopæd. cap. 15. num. 7.* Pro consuetudine Germaniæ à Civitatibus vinum præsentari solet. *Ritter. de homag. c. 7. n. 182. Vel aliud pretiosum quid, vid. Comment. ad. l. 112. C. de oblat. votor.*

CAPUT VI.  
**CONSECTARIA ET EFFECTUS INTRADÆ PRINCIPIS.**

SUMMARIÆ.

- Consequens intrada Principis Residentia. n. 2.*
- Hospitii jus Principi denegari nequit. n. 3.*
- Consequens alterum homagii exactio. n. 4.*
- Homagium prima agnitio & confessio subjectionis. n. 5.*
- Effectus introitus Principis est acquisitio possessionis territorii. n. 6. 7. & 8.*
- Tempore introitus quando relegatis venia redendi conceditur. n. 9.*
- An & quatenus Princeps gratiam delicti facere possit? n. 10. 11. & 12.*
- Cardinales Ecclesie Romanæ à supplicio delinquentes obvios liberare possunt. n. 13.*

Judic.



Judicium de eâ re. *ibid.* & n. 14

An Commentariensis incarceratum è carcere dimittere possit Principe Civitatem primum solemniter ingrediente. n. 15. seqq.

I.

**R**eliquum est ut pauca de consequentibus & effectibus juris intradae notemus. Primum consequens esse videtur *Residentia Principis*, ut vocant, quod Princeps in civitate in quam solemniter receptus, residentiam ac sedem suam collocare possit, nisi forte *ius residentiae* controversum sit, vel ei planè non competat. (*vid. Appendic.*) Licet autem *ius illud* Principi in Civitate non competat, hospitii tamen *ius* ei denegari nequit, *vid. D. Tabor. de metat. supra cit. loc.* ubi ait: quod *jura* aperturae & intradae hospitiorum munus includant, aut saltem ut plurimum conjunctum habeant.

II.

Alterum consequens est: *Homagii exactio*, quae plerumque in ingressu Regiminis, so bald im Zutritt der Regierung / fieri solet, *Reinck. de Reg. secul. & Eccles. lib. 1. class. 5. cap. 4. n. 2.* quippè quod *homagium* prima agnitio & confessio subjectionis sit. *Thom. Michael. de jurisd. concl. 57. ac superioritatis recognita tessera. Knichen. de jure terr. cap. 3. num. 168.*

III.

Inter effectus introitus solemnis est *adquisitio possessio- nis totius territorii*, in quo Civitas Principalis, quam Princeps ingressus est, sita. *Thom. Menckelbaeh apud Klock. vol. 1. cons. 7. n. 839.* ubi scribit: quod quis per ingressum principalioris Civitatis provinciae adquirat communem possessionem



- tionem totius Provinciae &c. & quod ita in Principe, ut is ingrediens Principalem Civitatem Provinciae causa adprehendendi possessionem, cum apparatu jurisdictionali adquirat quasi possessionem totius provinciae, decidat Laudenfis. *tr. de Principe. q. 277. Capyc. decis. 1. n. 10. & 11. Frecc. de feud. lib. 2. rubr. quis dicatur Dux. n. 63. Fr. Milan. decis. 1. n. 79. & decis. 3. n. 235. seq. lib. 1. Petra de fideicommiss. q. 13. n. 408. Vid.*
8. Idem *d. cons. n. 844.* ubi ait, id obtinere, wann der Landesfürst und Herr selbst / & quidem cum apparatu jurisdictionali in seine Haupt-Stadt einritze / zugleich die Huldigung einziehe / und diß alles ohne mennigliches Widersprechen / juxta notata Jacobi Mandelli Albani. *consil. 78. num. 13.*
9. Præterea inter effectus intradae referri potest, quod in superioritatis testificationem relegatis, quibus Civitatem vel Provinciam secure ingredi non licet, quin etiam capitalis animadversionis reis, à Principe ingrediente, si curru vel equo ipsius, quo vehitur, inhæreant, gratiam indulgeri soleat. *Guiliel. Bened. in cap. Reimutius. part. 2. verbo. mortuo itaq. 1. n. 112. extr. de Testam. Damhoud. pract. crim. cap. 146. n. 3. quos allegat Knichen. Encycloped. cap. 15. n. 9. add. Boët. decis. 212.* Posse autem Principem in honorem domus suae, vel ob lætitiâ publicam, aut ratione novi adventus, vel ob partam victoriam famæ restituere bannitos, vel in exiliam missos, nec non pœnas delictorum remittere, post Roland. à Valle. *Fr. Marci. Cavalcan. & alios docet. Item Knichen. de jure territ. cap. 3. num. 457. cui addatur Bened. Carpzov. pract. crimin. part. 3. quest. 150. ubi plures auctores allegat. De hac consuetudine aggratiandi ita judicat Dn. Clafen. *tr. de jure aggrat. c. 12. n. 2. Si Princeps, ait, homagii recipiendi*  
causa*

causa urbem ingrediatur, maleficus autem, qui ob delictum capitale haecenus extorris fuit, Principis istius currum contrectet, dicunt eum à noxâ & poenâ liberari. Ratio hujus moris me non fugit, quod dies iste lætitiæ sit, qui pacem ingressu principis ferat; quodque omnes subditi salutem ab ipso novo suo protectore ac Domino expectent, inque honorem ipsius delinquenti poenam Magistratus remittat, ut in posterum securus pristinum suum jus velut postliminiò recipiat, Principisque gratia vitam suam prædæ instar reportet. Deinde, est hæc vel tacita prima petitio, quâ rogat, ut Magistratus reo isti velit parcere, quam uti principi denegare contra devotam fidem fuerit; sic quoque excusabile esse censet, potissimum, ubi accedit antiqua, & à tot annis observata consuetudo, tali reo ad currum Principis velut ad asylum gratiæ confugiendi. Ego quidem id, quod consuetudine inveteratum est, præcipuè cum Principis Personam tangat, hic subtili quâdam juris ratione discutere nolo, multò minus causam, ob quam mos iste receptus est, examinare: saltem videtur quodammodo periculosum delinquentem & facinorosum, non cognito ejus delicto, propterea quod apud Principem non per modum supplicum precum, sed per nudam contrectationem currus, dum in Urbem ducitur, tacitè veniam criminis deposcit, supplicio eximi, utpote, quod ejusmodi nebulo, qui tale delictum commiserit, quod nec jus divinum, nec recta ratio vult impunitum relinqui, Clementiâ Principis abuti possit, & ita inscio Magistratu judicium eludere. Existimat quidem non ignobilis Politicus, licere Principi, si edocetur postea, quàm grande perpetraverit nefas delinquens, gratiam datam revoca-

voca-

vocare, & Magistratui præcipere; quò nihil obstante  
 isthac consuetudine debitis poenis subjiciatur. Verùm du-  
 bito, an id unquam factum fuerit, consuetudine tam anti-  
 quâ me in priorem opinionem flectente, à quâ haut facile  
 discedi solet: quam firmat ratio publici gaudii & honoris,  
 qui ex ingressu Principis Urbi oboritur, sed de hoc disputare  
 me vetat reverentia & devoti animi obsequium, quo Princi-  
 pum personam & dignitatem amplector. Hæc ille.

11. Intelligendum autem hoc est, de delictis, quæ remissio-  
 nem poenæ non abhorrent. Homicidæ sanè doloso gratia  
 facienda non est. Farinac. *qu. 6. n. 15. l. 1.* Undè in generali  
 abolitione enormia crimina excipi volunt. Decian. *tract.*  
*crim. l. 3. cap. 35. n. 17.* Nic. Boër. *decis. 217. n. 22.* ubi plures  
 laudat. Gratia etenim, quæ justitiam egrediuntur, nec no-  
 men quidem gratiæ merentur. Stobæus. *Tit. de Magistrat.*  
 Ludov. Lodolfing. *tr. de absol. princ. potest. c. 6. n. 48. & seqq.*  
 12. quos refert Knichen. *d. l. n. 460.* Quare si res sit mali exem-  
 pli, intrusi sequenti die introitus solum vertere cogantur,  
 quemadmodum superioribus annis Halæ Saxonum, in so-  
 13. lemni Archi-Episcopi introitu factum meminimus. Abusus  
 sanè gratiæ Principalis maximè detestandus est. Damhouder.  
*prax. crim. c. 147. n. 7.* ad quem etiam non immeritò referi-  
 mus potestatem illam quâ Cardinales Ecclesiæ Romanæ  
 gaudere dicuntur, quippe quâ reum, si forte, dum ad sup-  
 plicium ducitur, obviam eis veniat, tegendo eum pileo vel  
 veste, à mortis poenâ liberare possunt. Azor. *Instit. moral.*  
*part. 2. lib. 4. c. 3. qu. 20.* Lancelot. *in Templo omn. Judic. lib. 2.*  
*cap. 2. §. 3. n. 30.* Joh. Limnæ. *ad Capital. Cesar.* ubi hanc con-  
 suetudinem rectè improbat, & post eum D. Clasen. *de jure*

aggra-

*aggratiandi. cap. 10. r. 2.* ubi ait: consuetudinem istam planè  
 absurdam esse, nullâ niti ratione, sed erroris vetustate.  
 Quomodo enim poterit delictum considerari in reo, aut  
 qualitas delinquentis æstinari, num mereatur, ut in gra-  
 tiam recipi debeat? Certè nudus ille occurfus Cardinalis  
 non erit efficax ad gratiam concedendam, neque digni-  
 tas istius erit pro ratione. Quod si parricida ducatur  
 ad supplicium mortis, inter ducendum autem ei  
 occurrat Cardinalis pileo eum tegens: utiq̃ue nihil ab-  
 surdus poterit cogitari unquam atq̃ue ejusmodi facino-  
 rosum hominem talis sacerdotis occurfu ab ultimo sup-  
 plicio liberari debere. Quidquid sit, hæc atque alia Car-14.  
 dinalitiæ præminentia signa ratione Status Papalis ac  
 Majestatis ejus niti videntur, nec forte aliâ ratione intro-  
 ducta, quàm Titulus *Eminentia* Cardinalium proprius,  
 & Titulus Cardinalis *Padrono*, de quo atq̃ue aliis vide in-  
 signem Tractatum Italicè conscriptum, ac nuper latinè  
 redditum, cui Titulus: *Nepotismus Romanorum Pontifi-*  
*cum.*

Obiter adhuc monemus, quòd Paris de Puteo, in 15.  
*syndicatu. verb. carcer. cap. licet dicatur. col. 1. circa. med. statuat:*  
 Commentariensem non teneri, si ex gratiali criminum  
 remissione per Principem in novâ alicujus Civitatis in-  
 tratâ, seu novo suo ingressu facto, excarceravit (ut lo-  
 quitur) hic liberavit reum, & extra carceres posuit, et-  
 iam sine judicis aut curiæ auctoritate. De stylo tamen 16.  
 curiarum Franciæ custodem carcerum in vim talis re-  
 missionis generalis sine unius ex Magistris sequestrarum  
 C domus

domus Regiæ licentiã , & ordinatione liberare, & elargiri prifoneros (incarceratos) non posse, ait Hoerius. d. decis. num. 23.

TANTUM.

GLORIA ET GRATIA  
ALTISSIMO.



MAN-



## MANTISSA I.

Welcher gestalt Herzogs Augusti zu  
Sachsen/Fürstl. Durchl. als Erzbis-  
choff zu Magdeburg angenommen wor-  
den.

Durchlauchtigster/Hochgeborner Fürst und Herr.



Einnach aus sonderlicher schickung und  
Vorsehung Gottes des Allmächtigen / durch Ewr.  
F. G. Väterliche LandesFürstliche Vorsorge gnä-  
digst angewanter Fleiß und geschehener Unterhan-  
delung / die Sache so weit getrieben / daß die alte  
Stadt Magdeburg: in welche bey 65. Jahren kein  
Erzbischoff oder Landes-Fürst eingeritten / und  
von derselben Huldigung genommen / welche auch numehr bey 30.  
Jahren mit ihren Pflichten / nicht bey dem Erbstift / sondern bey an-  
dern Herrschafften gewesen / in ihren alten Stand gesetzt / und  
E. F. G. als dem Landes-Fürsten / und diesem löblichen Erbstift  
wiederum verwand werden soll / und darauff von E. F. G. mit die-  
sem ansehendlichen Fürstlichen Comitatu, dieser Eintritt vor die  
Hand genommen: so sagen anfänglich gegenwärtige meine günsti-  
ge Herren eines Hochwürdigen Domcapitels / Gott dem Allmäch-  
tigen vor seine zu diesem hohen Werck verliehene Göttliche Gaben  
und Wolthaten / und dann auch E. F. G. derselbigen gehaltenen  
Mühe / Sorge / Arbeit / und angewandter Unkosten / unter-  
thänigsten Danck / gratuliren E. F. G. deshalb von Herzen / und  
wie sie anfänglich E. F. G. vor andern zu der Regierung und Ad-  
ministration dieses löblichen Erbstifts ganz gern postuliret, also  
können sie auch E. F. G. ganz gern / daß die Sachen mit der Stadt  
Magdeburg / E. F. G. als eines Christlichen Fürsten Regierung zu  
diesem

diesem Ende gebracht / und wünschen E. F. G. daß dieser Einritt und folgende Actus, und also alle die Handlung / zu fortsetzung seines Göttlichen Worts und Namens / E. F. G. aber / zu ewiger Lob / Ehren und Ruhm / und diesem löblichen Erzkstift / und dessen einverleibten Ständen und nunmehr auch der alten Stadt Magdeburg / als einem Mitglied desselben zu auffnehmen / Geden. und aller Wohlfahrt gelangen und reichen mügen / mit angefasseter unterthäniger Bitte / E. F. G. wollen nicht allein ein Hochwürdig Domcapitel / sondern auch die ganze Union der Clerisy / und alle andere Stände / und nunmehr auch die alte Stadt Magdeburg dieses löblichen Erzkstifts / ferner in gnädiger acht haben / Ihr gnädigster Herr seyn und bleiben / sie auch bey ihren alten Freyheiten / Privilegien, und wohl hergebrachten Gerechtigkeiten / inmassen bis anhero geschehen / vermöge E. F. G. gnädigste geschene Zusage / nicht allein bleiben lassen / sondern sie auch darbey schützen und handhaben / nicht zweifelnde E. F. G. werden dagegen bey allen obanzeregten dieses löblichen Erzkstifts Ständen allen getreuen unterthänigsten Gehorsam und Gewertigkeit spüren / inmassen sich meine gönstige Herrn / eines Hochwürdigen Domcapitels zu allen getreuen und gebührlichen Gehorsam erbieten / und sich E. F. G. in aller unterthänigkeit befehlen.

Darauff aus Befehlig meines gnädigen Herrn der Wohlgebohrne und Edele / Herr Graff Albrecht zu Stollberg / ein ansehnlicher seiner gravitetischer Herr geantwortet.

Hoch/und Ehrwürdige / Edle und Ehrenveste / große gönstige Herren / der Durchlauchtigste / Hochgeborne Fürst und Herr / Herr Joachim Friedrich Postulirter Administrator des Primats und Erzkstifts Magdeburg / Marggraff zu Brandenburg etc.

Mein gnädigster Herr.

Hiermit gegen / hat gnädigst angehört / welcherley gestalt Ihre E. F. G. ein Hochwürdig Domcapitel zum aller unterthänigsten und willigsten empfangen haben / und E. F. G. nicht allein  
gratu-



gratuliret, daß durch Ihr. F. G. Väterliche und Landes-Fürstliche  
 Vorseorge / Fleiß / Müh und Arbeit / die Sachen dahin gerichtet /  
 daß die alte Stadt Magdeburg / so nu eine lange Zeit von dem Erz-  
 stift abgesondert und bey andern Herrschafften in Endes-Pflichten ge-  
 wesen / wiederum an seinen rechten Ort verwiesen / und dem löb-  
 lichen Erzstift wieder verwandt werden solte / sondern daß auch J.  
 F. G. Einzug mit J. F. G. Beystand und Gelyd / durch Gottes  
 Hülff glücklich angefangen / müge ferner vollzogen werden / und in  
 dem J. F. G. wie vormahls die postulation, auch die würckliche ein-  
 führung und folgende Actus von herzen gönnen. Solches alles thut  
 W. G. H. mit gnädigster Dancksagung an- und aufnehmen / ist auch  
 Ihr. F. G. erbötig seiner F. G. Zusage nach ein Hochwürdiges Dom-  
 capitel und den ganken geistlichen Standt in Gnaden zu erkennen /  
 und sie bey alle den thren in geruhiger possession bleiben zulassen / und  
 ihr gnädigster Herr zu seyn / auch die alte Stadt Magdeburg / ei-  
 nen Erbaren und Wohlweisen Rath / und die gemeine Bürgerschafft  
 bey allen thren alten Privilegien und Gerechtigkeiten und uffgerich-  
 ten Verträgen / gnädigst zu schützen und zu handhaben und hinfürder  
 sich gegen ihnen dermassen erzeigen / daß sie Ihr. F. G. gnädigsten  
 Willen erkennen und spüren solten.

Hernacher seynd die verordneten E. E. Raths der alten Stadt  
 Magdeburg zugetreten / als nemlichen die Ehrenvesten und Erbaren /  
 Moritz Westpfahl / und Merten Alemann regierende Bürgermeister /  
 Franz Pfeil / Syndicus, Thomas Sülke alter / und Heinrich West-  
 pfahl oberalter Bürgermeister / Casper Aleman / und Michael Rhe-  
 beinen beyde Kämmerers / Hans Leutke / Moritz Thum Baumeister /  
 Heinrich Merckel Secretarius, und Adam Zander Stadtschreiber / und  
 haben J. F. G. genanter Syndicus unterthäniglichen uff folgende  
 Meinung empfangen.

Durchlauchtigster / Hochgeborner / Gnä-  
 digster Herr.

Nach dem aus sonderlicher Vorsehung und schickung Gottes des  
 Allmächtigen / E. F. G. vormahls von einem Hochwürdigem  
 E 3 Dom-

